

15
sententiam ac iudicia comprobant. Quos cum sequor, hac
quidem in parte veris rationibus nixos, nihil vereor, ut dei
contemptor sim, quemadmodum tu existimas: nisi is merito
dei contemptor dici possit, qui et mentem et linguam suam
ad illius mandata voluntatenque componit ac dirigit. Quod certe
facit is, qui dei mandato vetitam hanc artem, si tamen ars
dicenda sit, rejicit, cupidissimamque ab ea refugit.

De astrologia inquis, honeste sentire, tanquam de dei ordi-
natione nunquam desinam. Ostendere si possis, dei ordina-
tionem esse hanc, quam nos dei precepto repugnare dici-
mus, et probamus, ne nos quidem scius, quam tu de ea senti-
remus. Sed honestum id dicere, quod ab omni honestatis
fonte des longe remotum est, religio nobis est. Quare ho-
neste de re minime honesta sentire, non possumus animum
inducere, sed nolo singula prosequi. Habes unde astrologiae
confutationem atque adei eversionem petere possis, si es scri-
ptores, quos supra nominavi, evolveris. Et nos in Epistola
nostra de Cometae defensione, quam nuper misimus, doctissimo
viro Dno D. Monavio, qua in tuis binis hinc literis sparsa
sunt, argumenta examinavimus. Witichius noster tandem
aliquando in Daniam profectus redidem alacri animo expe-
ctamus. Scribit Praetorius noster ad me de quodam Brigle,
Savile Mathematico, qui Noriberga nunc substitit ob futura
conitua et illinc huc ad nos venturus sit. Salulabit te sine
dubio, cum isthaec iter faciet. Praetorius hunc omnibus, quos
unquam noverit, Mathematicis anteponebat. Magnum esse
Philosophum, Mathematicum insignem, ut dixi, et plane
principale loco, Graecae Linguae peritissimum. Super tuum
de eo iudicium audire, cum hominem cognoveris. In filium
tuum omnia humanitatis officia mea constabunt. Remitto
Brake, gratias ago, de Aquilone tuo mystico aliquid cognosce-
re a teo. Vale meum, amica tui amantiss. 3. Augusti 1580.

Eidem Taddaeo Hageis ab Hageis And: Dudithio,
S.P. Nos quoque dei beneficio tandem liberati sumus, etsi tussis
adhuc nobis molesta est, uxori praesertim et filiis; accessit ad
caetera mala, filii mei trimi, sciti admodum et formosi puelli
morbo epileptico, quo heri trium horarum intervallo bis corre-
pti sunt,

ptus fuit, primo quidem leviter, sed deinde non sine gravi cor-
pasculi agitatione. Quod ideo scribo, ut nos pro tua in nos bene-
volentia, consilio juves, et pharmaco aliquo preservativo et
curante etiam, si quod tale habes, quod usque ipso utile esse, ex-
pares. Somnivia in illas, quae rhedri vestri describunt, crede
mihi magnas esse nugas. Galeno certe de sua Paeonia in
consilio de puero epileptico nihil est fabulosius, nisi excipias
non eandem hodie, quae tunc fuit, radicis illius vim esse, regio-
nis quoque diversitas fortasse excusationem aliquam habet.
Sed non apud me certe, qui ex Graecis didici et Italij, neminem
unquam hoc remedio curatum fuisse. Legi abhinc X. annos
pely minus Praevia, quae de visco quercino scribit, in libro
illo tuo astrologico, et tunc expertus sum sine fructu. Haec
es dico, ut mihi alia aliqua si habes, communices, quae juvare
possint. Sumus etiam in luctu: ne quid malorum nostrorum
ignores: ob D. Palatini Praeviensis, summi Poloniae Senatoris
ac Satrapae ex Epidemico hoc morbo extincti, mortem is, ut
scis, uxoris meae germanus fuit frater. 3000 fl. ejus interitu
amisi, quod mihi debebat, neque unquam post haec recuperabo,
ut tibi amicus meus, gener tuus lectissimus indicabit. Ita
nulla calamitas sola venit. Quod morbum tuum depuleris,
valde laetor. magnum profecto dolorem capiebam ex in-
valetudine tua et Deum precabar, ne te tam alieno tuis
omnibus tempore. eriperet. Agnosco humanitatem benevolentiamque
erga me tuam, gratias tibi maximas ago, simulque plu-
rimum me tibi debere profiteor, quod tam proclari de me
sentias, et liberos mihi, meosque fidei tuos: quidni enim si li-
bros tuos, qui tanquam Minerva illa est fovit, sic illi ex tuo ce-
rebro nati sunt: committendos existimaveris, si quid tibi huma-
nitas accidisset. Sed mallem eos te vivo tractare, et cum eis
sermonem conferre. Quos si fabello, lupo scilicet oves com-
misisti, quid causa est, cur eorum conspectu tandem me
prives? An quia me Astrologis iniquum esse judicas, non
fore eos mihi gratos suspicaris, qui tantam astrologiae scientiam
secum circumferant? ne dubita mitte modo, gratissimi erunt,
et salvi atque incolomes ad te. ad illud ipsum tempus, quod prescri-
bes, redibunt. Quam mihi conditionem fers, et bonos loquun-
tore, face-

16
tores facere par est, eius tu quoque, ipse vinculo teneri velis.
libere et salva amicitia nostra in res presentium ejus generis
inquiramus, quae sine pietatis naufragio in utramque partem
dissolvari possunt. In quibus ipsis tamen ita semper sententia
mea moderabor, ut eam non gravate abjecturum sim, si fir-
mis rationibus oppugnari eam sensero. Quod ut ingenue dicam,
nondum fieri video. Nam quod Monachus Sincispingus noster
doctus sane et acutus atque elegans vir, contra defensionem
epistola mea attulit, ea magna ex parte sunt ejusmodi, qualia
fuerunt priora illa, quae jam refutata satis superque fuerant.
Sunt, fateor aliqua nova ~~quae~~ quaeque, sed ea, si colores
et pigmenta oratoria eis detrahantur, ac carne nudata in
Logices gyrum quasi quandam revocentur, valde vereor, ne
parum nervoso appareant. Quod fortasse, cum animum ab
his curis, quibus nunc distrabor, ad studia traducere poterem,
facere conabor; His in apologia illa ex contradictoriis con-
cinnata atque inversa tibi argumenta mea ita visa fuisse. Si
locum indicasset, accuratius eam expendissem. Nunc quoniam
universis tantum hoc affirmas, nihil habes, quod tibi re-
spondeam et mea defendam, quod scribis ne pugnavisse, non
agnosco culpam; prius enim mea epistola tuis mandata fuit,
quam tua in Brutum, et me conscripta reprehensio; si
enim eam libet appellare. Jam quomodo pugnavi, si cum illa
ad D. fratorem epistolam darem, nondum tua ad Mithum
scripta fuit, non ita te igitur illa a Bruto et a me dicta pre-
runt, quae in astrologorum atque diabolicos illos et cir-
cumforaneos negatores, quos ne tu quidem, ut video, lau-
dandos censes. Ex illorum igitur numero cum te eximi velis,
tu ipse me omni culpa liberas, ut nihil mihi excusatione
nova opus sit, qua fidem tibi faciam non in te tuique similes
tela illa fuisse directa. Non absolute inquis scripsi, sed qua-
tenus leviter de Cometa sentire videbaris, ne nondum
hactenus a quoquam explorata. Quae a me secundum quid
dicta fuerant, tu ea simpliciter accipis. Quid audio?
scribis Epicureus contumeliosus in Deum esse, qui Cometa

cas significationes adimunt, quae passim eis affinguntur. et
Brutum nomina, meum prophyetiam vocas, in nos scri-
bis, qui vulgares predictiones oppugnamus. Si hoc non est, equi-
dem nescis, quid sit absolute affirmare. Amab te, qui una
aliqua in re impij et in Deum contumeliosus es, an eum tantum-
modo secundum quid impietate se abstrinxisse dicet? Hoc ex
eo genere peccati est, quo qui se inquinat, omnium factus
est reus. Si cometa res est nondum satis haecens à quoquam
explorata, ut affirmas, quae causa tandem justa esse potest
ulla, quam obrem impij et merito contumeliosus in Deum
haberi is debeat, qui rem obscuram et nondum cuiquam cogni-
tam ad examen revocat et rationibus eruere conatur, atque
ostendere, non id illam portendere, quod vulgus putat? Inter-
ta cum res sit, et in medio posita de qua pugnantis sen-
tentiae proferunt, quae ratio est, ut tibi de ea affirmare
liceat, quae collibuit, mihi non liceat ea in medium proferre,
quae firmis rationibus constabilita et experientia con-
probata sunt? Culpa hoc est mihi communis, inquis, cum
alijs, quos cum non accuses, neque me accusare debes. Culpa
tyr est; agnoscis n. eam. Alijs itidem accusari, ut erant
accusatione et reprehensione digni, quippe qui sibi permit-
tunt, ut tam sint in amicos contumeliosi, et de sibi par-
tes sumunt, dum conscientias etiam impietatis damnant. Sed
hoc est hujus seculi labes? à qua te longe abesse cupio
hominem bonum et doctum ac libertatis Philosophicae aman-
tem. Sed haec missa faciamus, cum jam uterque culpam depre-
cati sumus. Poterant sane haec omnia intermitteri, neque multum
ad rem faciebant, nisi tu in me culpam omnem conferre
voluisses. Venio ad alteram epistolae tuae partem, in qua
nova me voluptate perfundis, cum te ex nugacium illorum
hominum grege, eximendum esse ostendis, quos mendacissi-
mos astrologastros vocas, quamvis non integra nec solida
lectitia me perfundi sinis, cum tamen aliam nescio quam
mihi artem ostendis, cuius te amore captum esse non potes
dissimulare, quae etiam philosophica et si deus placeat, Chri-
stiana sit. Equidem sicut breviter dicam, quod alijs quoque
literis

litteris ad te meis professus sum, si recte meministi: nullam
esse divinatricem ex astris artem existimo, quae Philosophiae
et multo minus Theologiae consentanea sit. Didici n. ex vete-
ribus Philos. et Theologis et ex D. Euasto libro omnem dere-
rum contingentium et futurarum eventum divinationem
falsam, Diabolicam, Deo repugnantem esse. Quid quod nulla
earum rerum, quae tales sunt ars, nulla prorsus consti-
tui regulae possunt. Particularia n. sunt et accidentia
quae ad utrumlibet se habent, neque ulli creaturae, ante-
quam eveniant, nota esse possunt. Eorum Deo sibi prae-
dictionem solum reservavit. Omnis nostra notitia, omnibus co-
gnitis a sensibus est; in sensibus autem nostros non incurrunt
adhuc res, quae nondum sunt, aut ne esse quidem coeperunt.
quomodo igitur earum praesensionem habere licebit? quin
docta et sancta illa vetustas etiam Daemonibus ipsis, futu-
rorum praedictionem, antequam existant, aut esse incipiant
admittit. At illi sunt spiritus artium omnium scientissimi,
et multorum seculorum usu atque experientia, abstrusissimum
rerum scientia praediti. Quid nobis miseris homunculis fiet in
densissimis ignorantiae tenebris et inchoata tantum non per-
fecta rerum cognitione haerentibus? si Demones ita sunt
futurorum praesensione orati? Totam astrologiam damnas
inquis, nego me totam damnare, quin amo et admiror
illam partem, quae a causis perpetuis ac necessariis O et D^a
defectus O nes & nes et alia generis ejusdem longe ante
quam eveniant, praedicit. Nam haec certi praesciri possunt,
cum ex constanti coelestium corporum cursu ac perpetua mo-
tuum lege manent. De illam repudio, quod ut saepe dixi,
quod astra tanquam causas virtutum vitiorumque omnium
denique bonorum et malorum, quod nobis eveniant, causas
effectrices ponit, atque ex illis de indole, de moribus, de vita
genere, de dignitatibus, de divitiis, de conjugio, de liberis, de
mortalitate genere, de sexcentis aliis, quae scire plerumque homines
cupiunt, pronuntiant, et miseris ac nimium credulis mortales
aut vana spe lactat, aut inani metu exurciat. Hanc ego
non artem sed quae n. harum rerum ars esse queat? sed falla-
ciam Dei verbo et philosophiae placitum adversariam esse
contendo, quam non Theologi modo seculis omnibus sed et Phi-

losophi omnium sectarum; ipsi denique Mathematici, et summi
astronomi non tam refutatione, quam contenta dignam spolia-
runt. Solomus certe ipse, qui tamen artem ejus aliquam ex-
fructu conatus est, non negat eam incertam esse; quin si
ad particulariam rerum eventus accomodet, fallacem esse,
et nullum usum habere affirmat. Facessat igitur haec huma-
narum mentium deceptorix astrologia, quam lex dei exter-
minat, concilia, legumatores, Caesares de mediis tollunt,
viri sapientes explodunt. Non igitur dei ordinatio est, sed
dei ordinationis prophanatio atque abusus. Non enim astra in
hunc finem ordinata a deo sunt, ut nobis futuros casus de-
nuncient, quorum, ut saepe dixi, scientiam sibi soli deus
retinuit. Quod ex Esacia, Solomone, Christo ipso et passim
ex S. Scriptura demonstrari potest, et demonstratum ipsum est
ab aliis. Natos infantes in interlunio imbecilliores esse. σ
 ρ et ζ incontinentes, sub δ et ζ vapros, callidos, con-
tentiosos et Ulysses. sub γ et η placidos et benignos
esse dicit. Putabam te ex vanorum hominum castris excessisse,
et sane tu ipse te ab illorum consortio sejungebas; sed nunc
repente video te pleno cursu ad eos recurrere. Quid ais?
Tantane astrorum potestas est in animos atque etiam volunta-
tes nostras, ut virtutes ac vitia in nos demittant? Quero
ex te, si hic astrorum potentia, quem nominasti, tales homi-
nes efficit certo, nonne fatalem quandam necessitatem
statues. Quae enim necessarii sunt, ea nec laudem nec vitupe-
rationem magnopere merentur. Si negas haec cogere, sed
indinare tantum dicas, ut faciant astrologi, cum menda-
cii convicti in has se latebras recondant, atque haec sibi pro-
fugia quaerunt: si tum eadem opera confiteris fallacem esse
atque incertam hanc vaticinationem, cum eventus aliter,
quam pronunciatum sit, habere se possit. Haec cum pronuncio
edocuit longa observatione, quid obsecro, inquis, pecco in deum,
in religionem, in proximum. Dicam. Primum observationibus
alias observationes contrarias et multo plures oppono. Pau-
coribusne an pluribus fides est adjungenda? Deinde in deum
te peccare ajo, vetat enim deus futura ex astriis quaerere et pra-
dicere; hanc sibi scientiam retinuit, honorem suum nemini
concedat, hac se a gentium deastris discriminat, ut indi-
cat hoc suum atque proprium esse. In religionem peccas,
eodem ratione

eadem ratione, quia superstitionem hominum dei creaturij ab-
sentium confirmas ac que religioni sunt adversa, ea facis
religioni consentanea. In proximum item peccas, quia creden-
tos et supersticiosos homines à dei, in quem omnis spes po-
nenda erat, vero cultu et fide ad alia traducis, animosq;
eorum incertarum rerum expectatione, suspendis ac ma-
ceras. Si bona promittis, anticipatione voluptatij infanos
facis, et fiduciam, quam in deo collocare debebant, hebe-
tas: si mala, diuturno metu eos torques; breviter hinc
quorq; fatalis necessitatis opinionem in eorum animos inspis.
Quid n. metuant aut gaudeant futurorum expectatione.
~~Suspendis ac maceras. Si bona promittis, anticipatione volu-~~
~~ptatij infanos facis, et fiduciam, quam in deo collocare~~
~~debeant, si ea non necessariò eventura putent? son-~~
~~gnere ais legem divinam cum astrologorum placito, de~~
~~natis in interlunio, cum eo tempore, generatio prohibita~~
~~sit, quasi hoc fuerit legis ratio, ita hoc audacter affirmas~~
~~et quasi qui in interlunio concipiuntur, necessariò in~~
~~eodem interlunio concipiuntur, necessariò in eodem in-~~
~~terlunio in lucem edantur. Etsi jam antè dixi hanc ob-~~
~~servacionem multis contrariis exemplis refelli. Illud ipsam~~
~~exemplum tuum de gallina ostendit universalem causam,~~
~~universè agere, neq; quicquam efficere, sine proxima~~
~~et particulari causa. O si ex homine non efficit homi-~~
~~nem, et ex homine non equum, non avem, sed hominem.~~
~~Gallina si subiciat ova anserina, anatina, viperina,~~
~~excludet pullos ejus generis, cujus ova sunt. O item ceram~~
~~non indurabit, nec lutum liquefaciet, sed contra. Vides igitur~~
~~omnem varietatem à causis proximis, que diversa sunt, rerum~~
~~diversarum, manare, et causas generales generaliter agere, par-~~
~~ticulares particulariter. O tibi ubiq; eadem vis est et eodem~~
~~modo agit, tum in hominis, tum in aliorum animantium ortu,~~
~~et unica facultate res diversas profert. Dicam clarius, et sope~~
~~idem repetam, fieri non posse, ut ex comunis et universalis cau-~~
~~sæ cognitione, que remotissima sit, effectus particulares contin-~~
~~gentes prænoscant; non n. possunt illa sine his propinquis~~
~~causis, que varia sunt, et propè infinite, quicquam producere.~~
~~Atq; ut ab exemplo tuo ne longius discedam, quemadmodum gal-~~
~~lina diversi generis ovis sibi subjectis calorem impartit, atq;~~

hoc unico calore suo communi diversa animalia excludit, prout
ova fuerunt, ex diversis animantibus producta, sic ☉ et reliqua
sidera generali ac communi virtute ac qualitate sua atq; alio
calore, tanquam gallina illa tua terra rebusq; terrenis me-
bens atq; equaliter omnia fovens invitam à deo rebus omnibus
vim excitat, firmat, in actum producit, ut singula pro inge-
nerata sibi naturali facultate agant, atq; eam finem assequantur
quem à natura et natura architecto deo sibi attributum obtinent.
ut autem nemo mihi verè dixerit, ex unius gallinae nativitate, quae
cujusq; generis animalia ex ovibus sibi suppositis excludere solent, nisi
etiam ova ipsa singula particulatim, cujus sint generis pro-
verit, simulq; scierit: quod fieri tamen non potest: num omnia
illa ova sunt ad generationem apta: propterea quod multa
evenire possint, quamobrem inepta reddi queant. / eodem
modo ex siderum sola cognitione, tanquam remote ac gene-
ralis causa nihil certi praenoscere possit quisquam, nisi par-
ticularium quorundam rerum simul notitiam habeat, futurorumq;
eventus ex proximis causis cognoscatur. Atq; hoc est ex illis, quae
fieri non possunt. Entium n. per accidens etiam causa
sunt accidentariae, et horum nulla est divisa, ut Aristo-
teles docet. De his ab aliis melius tractantur. Jam quod
ad anni tempora attinet, quaecumq; sit eorum diversitatis
ratio: sine hac quorundam tecum contendam, non velum tantum-
modo hujus varietatis causam esse: / an nondum vides, quam
inepta, quam vana sint astrologorum praedictiones. Inspec-
tibus, epheemerides, quas tu ipse in hac tua epistola explodis.
Verius divinaverit, qui omnia contraria eventura afir-
maverit, quod fecerunt jam aliqui et experiri quivis po-
test. Hic tu tamen ad stuporem te mirari scribis, quod
nescis quas ejusmodi experientias negare, ausim. Verum
jocari te puto, non serio agere, cum stupidi potius sit ea ne-
gare, quae indies evenire atq; in oculos incurrere vident. Adis.
bileos bileos, sanguinei sanguineos, ingeniosi ingeniosos,
docti doctos, bellicosi bellicosos, ignavi ignavos procrearent.
Hic quoq; animi tui causa ludere te mecum voluisse ex-
istimo. Etsi n. non nescias, plerumq; fieri, ut quem admodum
venustus ille poeta scribit: Fortes creantur fortibus et bonis.
Est in juvenibus, est in equis patrum vigor, nec imbellem pro-
ces. Progenerant aquila columbanum: tamen ne illud quidem
ignoras, cum scias sit non in coelum sed in propinquiores caelestes
ad referen-

19

id referendum esse. Quanta sit victus rationis, quanta educa-
tionis, quanta consuetudinis et disciplinæ vi, quotidianæ usque
docere potest. Quantum autem intus sit, quo affectu parentum
generetur, concipiatur, in utero gestetur infans, quo lacte
alatur, à quibus, quo loco, cum quibus educetur, quare ex tuis
Medicis, non minimas ingeniorum varietatis has esse causas
affirmantibus. Equidem, ut hoc non improbo, ita verius dici
posse existimo tantum ingeniorum et studiorum discrimen in
Dei providentiam esse conferendum, qui non hominum tantum
naturas, studia atque ingenia, sed omnia in universum mira-
bili varietate ac diversitate distinxit, atque ornavit ad bene-
placitum voluntatis suæ. Nulla enim alia consiliorum eorum ratio
adferri potest, quam divina eorum voluntas, quam nullo mentis
auxilio comprehendere. cuiquam datum est. Si propterea
inquis, experientia astrologorum nulla est, quod nullius à
scopo aberrant, neque ars mechanica ulla, neque medicina, neque
prudenter hominum consilia ulla erunt, eorum quod et illi
in suis actionibus non raro aberrant. Non ex hoc ego fonte
astrologiam repudio, quod sapientissime erreret, sed caput peto, fun-
damenta evuo, et ostendo non posse eam non errare, cum
de futuris contingentibus: hoc enim in controversiam à me
vocatum est: blaterat, et nugaces quasdam sententias credulis
hominibus, prænotiones, fallacias, prognostica venditat. Nam
vel trito in scholis axioma monemus, futurorum contin-
gentium nullam esse determinatam veritatem. Quod si ali-
quando evenit tamen, quod illi prænunciant, id casu evenit,
aut diaboli instinctu, qui se vaticinantibus sponte ingerit, ut
à vero Dei cultu, quantum potest, abducatur, et à creatore
ad creaturas traducatur. Sicut totas noctes somnians, inquit
ille, miramur adhuc evenire aliquando id, quod somnians
qui semper ad aliquem scopum collimat, et multa jacula
eius dirigit, etsi plerumque aberrat, quis miretur, eum tamen
semel atque iterum attingere? Mechanicarum, medicarumque, consi-
liorum longe alia est ratio erroris, quæ tamen artes raro
et non nisi per accidens errant. Etsi hoc quoque exemplum
nobis usui esse contra te potest, ut tu te quædam feriatur,
quando eam nobis porrigis; Etenim si hæc artes, quæ proximæ
atque particulares causas considerant, aberrant tamen à suo
scopo sæpius, propterea quod accidentia ferè sunt infinita,
quæ errorem obiciunt; quid fiet astrologis, qui in una illa
comuni, remotissima, atque universalis causa futurorum presen-

sionem quaerunt? Adjugis, loquuntur sancti patres contra sui
temporis astrologos, qui erant gentiles et idololatras. Inspice loca,
quae citavi, et si voles, alia proferam, ex quibus aperte intelliges
generatim omnem astrologiam ab eis tanquam futilem, vanam,
Dei jussioni repugnantem, diabolicam denique, rejici, ac sine ulla
dubitatione condemnari. Tertull. c. 36. Apol. cont. gentes, has
esse causas memorat, ut Christiani astrologiam repudient.
Adde ad illa, quae alia epistola annotavi, ex ipsius Augustini
homilia quadam fugiendum omnibus modis ab hac arte mone-
mus. Curiosi etenim eius, inimici Dei sunt, et sine sollicitu-
dine nunquam sunt. Semper enim suspensi expectant, quod mi-
nime certum sciunt. Item 2. de doctr. Christiana c. 29. Haec
ars, inquit, inimica Dei cognoscitur, Christiani ita recusant,
ut non solum ipsi non audiant, non credant, non colant,
non teneant, verum nec illos amicos habeant, qui hujusmodi
augurii suum occupant partem. Multa sunt alia in hujus Theolo-
gorum principis viri et aliorum patrum monumentis, quae
apertis ac disertis verbis astrologiam Dei legi repugnare, et
a Damone ad fallendos homines inventam esse affirmant.
In proxima epistola citavi aliqua, invenias multo plura
apud eos, qui Astrolog. data opera argumentis ex Philosophia
et Theologia petitis et auctoritate conciliorum, legum, sa-
rcarum, sanctorum patrum confirmatis, ab ipsis funda-
mentis convellunt ac dirunt. Non tamen illam solum, quam
gentiles profitebantur, sed omnem in universum astrologiam
damnarunt, quae ne hodie quidem aliunde petitis quam
ex gentiliis libris. Ex Ptolomeo, ex Arabibus, qui multis
et superstitiosis commentis Ptolomei astrologiam ridicula-
rit, odiose auxerunt. Sed longius quam initio proposueram,
progressus sum. Si tu haec pro tua eruditione, solidis rationibus
confutaveris, aut quod malletem, si rationes illas, quibus post alios
eximius vir Dr. Erastus contra Statuacionem pugnat, dissolve-
ris, equidem non invitus tibi assentiar, et esse aliquam astro-
logiam concedam, quae veris Philosophiae ac pietatis consorta
neis fundamentis nitatur. Sed valde metuo, ne frustra laboris,
quomodo enim tantos adversarios sustinere poteris? Apertum
Dei atque expressum verbum, Synodus Eclesiae, patres, veneranda
te pietate ac doctrina venerandos, ipsam denique rerum parentem
naturam, quae nullam rerum fortuito eventuum artem ex-
sare patitur. Monavi quidem noster s. quod valde laetor ad me
semel atque iterum ab illo aperte perscriptum esse: toto animo
aversatur

De Feo 1580.

aversatur vestram illam astrologiam. Nam quae illi necum
 est de cometarum significationibus disputatio alio spectat. Hi
 certe, ut hoc obiter dicam, non video, quomodo prorsus astro-
 logos aversetur is, qui predictiones eorum aliquas oppugnat.
 Si n. omnis in universum divinatio, ut à doctis viris ostensum
 est, de iis, quae contingenter eventura sunt, Deo aversatur,
 quippe qui solus futurorum est praevidens et dispensator, quomodo
 particularis haec, quae ex Cometa sumitur, praedictis consistet?
 An sublato aliquo toto genere species aliqua, genere illo com-
 prehensa superstes etiamnum esse poterit? Illud etiam ad-
 mirabilius mihi videri solet, nec scio, an in re seria homo
 aulicus, nos jam rude donatos seniculos irridens jocetur,
 dum scribit epidemicum hunc morbum à Cometa proximè
 praeterito significatum fuisse, aliàne etiam, quae deinceps
 in multos annos eventura sunt mala, significat? Sed bene
 habet, quod non putat ab illo cometa procreatum esse tam
 commune malum. At cometarum vates mala non ad omnes
 provincias extendunt, sed certis quibusdam tantum locis im-
 mittunt, demonstratione ex his signis ducta, sub quibus
 virum illud mortalibus omen de crinibus aut barba aut
 cauda suspensum erat. Illi etiam sunt mirabiliores spi-
 riculos esse non ausim dicere, cum tu eos alijs anteponas,
 qui cometarum effectus in XL^{ta} etiam secuturos annos
 ampliant. Bone Deus, quando tot mala exhaurientur sub-
 lato jam à tanto tempore causa ipsa effectrice? Quam
 mallem shonavianum meum, atq. adeo te ipsum quoq. remoto
 aliquandiu ex animo Cometae fulgore, ne aciem iudicii ve-
 stri perstringat, in alias causas inquirere, quae propin-
 quiores sint et probabiles nobis videri possint, ad quas huius
 tam mirifici ac late patenti morbi naturam referamus.
 Nam ut verissimum test, neq. sine impietatis scelere negari
 potest, Deum hunc morbum generi humano imisisse, ut
 illud etiam concedatur, astra operam suam ad eum pro-
 ducendum ex terra et aquarum halitibus contulisse, ridicu-
 lum est et vix referendum, si Philosophus et Medicus in questi-
 onibus naturalibus, ad primam causam nos remittat tantum
 aut occultas in rebus omnibus proprietates, ingeminet, quod fa-
 cere non difficulter quovis ancilla, aut alij ex media plebe
 aliquis potest et solet. Sed nimis sum. Ignosce si quid te offendit
 aut potius in optimam partem accipe. Juddi noli oblivisci.
 Vale meq. ama. Vratisl. 26. Febr. 1580.

Domino Monacho Parisiensi Amico meo plur. salutem ad-
scribo, et rogo ut nostri Domini fratris epistolam de mor-
bo isto communi ad Mercurialem scriptam mittat, jubeat
describi, persolvam scribere. De Vallesio quid factum sit, scire
cupio, valere eum et bonis omnibus cumulari valde opto.
amet me sui amantissimum.

9)

Eidem Taddaeo Hageio & And. Dudith.

S. P. scripti nuper Witlichium nostrum ex Dania rediisse.
Tychonis observationes praedicat, ostendit mihi etiam spe-
cimen hujus Cometae, qui ante ortum ☉ adhuc in orien-
tali caeli plaga conspicui dicitur, tandem in occidentem longe
proterrsa; ego eam nondum vidi; Sinitis penè perquisit, si
vera sunt ipsorum per observationes, aetherea non elemen-
taria esse regionis Cairobarror. Sed si verum est, frustra
Aristotelem propugnamus, ut multa alia Pseudo-Philosophi;
Quod tu in tua nova stella primus, nisi fallor, recte ad-
modum ostendisti. Sed quia admodum paradoxus est, ego
certè in eis fui, qui amplius deliberandum censebam, an re-
lucta Philosophia in tuam sententiam ire deberem. Nunc
si verum est, et hunc et anni 1577. cometam nullam
παράλληλόν σου habuisse; non equidem jam video causam,
quamobrem etiam supra ☽ cometas oriri negem. Et id
quidem contra placita veterum sapientia, sed multa sunt alia,
in quibus experientia syllogismis ipsorum repugnat. Deo igitur
mirabilium rerum effectori propotenti gloriam deus,
et quod nescimus, cum admiratione ac stupore ignorare
nos fateamur. Cum gener tuus ad nos redibit, rogo te, ut
ei Antigranindum suum ad me fradas, remittam saltem
idem te rogo de Parisiensi sampensio libro naturalis Philoso-
phiae, si eum habes. Danica conditis mihi non displicet,
sed ita ut ante illuc excurras, et non divulgata et rem-
onem cognoscas. Tuis oculis, tuis auribus, tuo non alieno
judicio utare. Witlichii illuc se rediturum minatur;
Communia, si lubet, consilia tua cum optimo genere tuo,
cui multam